1561.º d. 18 Martij — Ex Ms. Bielinsciano

# Literæ Mr. Cromeri ad regem

Cum accepissem a Cæs. Mte formulam compromissi, non alienum ab officio meo facturum me esse existimavi, si eam ad Ludovicum quoq; Montium ~~transmitterem~~ quo is advocatos Mtis V. regiæ Neapoli consilium de ea exquireret. Quæ sit eorum sententia ex adjunctis D. Maceiæ, et ipsius Montij literarum exemplis ad me Mtas V. regia recte cognoscet. Ego quid sequar sive adeo quid Mti Cæs. exhibeam a Mte V. regia expecto. Mitto Mti V. regiæ breve apostolicum, quod Roma per postam ad me missum est. Credo esse de ~~Rmo~~ D. Varmiensi. Novi nihil est hic modo nisi quod Sa regina Bohemiæ peperit nuper filium Ladislaum. Deum precor ut Mtem V. regiam, diutissime servet salvam et incolumem.

Vienna 18 Mart. 1561.

Formę Kompromissu posłałem wiernie do Neapolu, aby Montius i inni dali swe zdania.